

Georg Dasen


**Prodecanus Ampliſſimae Facultatis Philosophicae M. Georgius Dasenius
Matheseos Professor, Ad Exequiale sacrum Quod ... M. Joanni Posselio, Graecae
linguae ... Professori ... Vidua & filii eiusdem moestissimi paratum expetunt,
Omnium ordinum cives Academicos officiose & peramanter invitat : [P. P.
Rostochii die 22. Iunii, Anno 1623.]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755906004>

Druck Freier  Zugang





Handwritten text on a faded label on the spine, including the word "PHYSICA" and other illegible characters.

KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhafftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.

Steht bei Rara -

KL-241. (4.) <SON>

bestrahlt 2000

PRODECANUS

Amplissima Facultatis Philosophicæ

M. GEORGIUS DASENIUS

Matheſeos Profeſſor,

Ad Exequiale ſacrum

QUOD

Viro Clariffimo & Preſtantiſſimo,

M. JOANNI

POSSELIO,

Græcæ linguæ in hac Acadē-
mia noſtra Profeſſori eximio & præ-

dictæ Facultatis SENIORI emerito,

*Vidua & filij ejusdem mæſtiſſimi paratum
expetunt,*

Omniū ordinum ciues Academicos offi-
cioſè & peramanter invitāt.



ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.

Anno 1623.

Vol 241

53.



PRODECANUS

AMPLISSIMÆ FACULTATIS
Philosophicæ,

M. GEORGIUS
DASENIUS
Matheseos Prof.



Uod Marcus Tullius scriptum
reliquit his verbis: in Geome-
tria mirabilis est rerum con-
textus, respondent ultima
primis, media utrisq, omnia
omnibus, & prima si dederis,
danda sunt omnia: id de vita
humana conditione lapsum primorum parentum
secuta, non inconuenienter affirmare possumus,
quippe quidem illi uasritie Sathanae decepti mortem
& infinita mala sibiipsis attraxerunt; ita & ab
illo principio eandem cum omnibus concomitantibus
erumnis toti generi humano, perpetuo & deploro-
rando magis quam admirando nexu intulerunt, &
per

per omnem posteritatem propagarunt, ut tam postre-
mi quàm medij & primi, tam sapientes quàm insi-
pientes, tam summi quàm infimi, tam Nobiles
quam ignobiles, tam literati quàm illiterati, tam
divitijs affluentes, quàm inopia omnium rerum la-
borantes mortem si ve citiùs, si ve tardiùs oppetere
cogantur. Hac enim est communis hujus depra-
vata natura lex: Homo, tibi moriendum est. A-
mentia, aut prudentia nostra inopia tribuendum,
si optarem diu vivere ac alijs imperare, cum cra-
stina dies Mortis horam nobis diceret. Breve
enim & vix diurnum vivendi spatium nobis pro-
mittere possumus, & quò diutiùs in hoc ergastulo
judamur, eò plures & majores arumnas acerbio-
resq; miseras sustinere cogimur. Et licet multi
arrogantes & ambitiosi, qui opera sua non dierum,
quibus victuri sunt, paucitate, sed cogitationum,
quas de longo vita spatio conceperunt, ampli-
tudine metiantur; tamen nonnulli existunt, qui
vita laboriosa & mortis periculosa conditiones re-
ctiùs considerent, de remedijs, quibus se ad exitum
hujus vita placidum præparent, & cum Apostolo
dissolvi, cumq; Christo esse anxie desiderent. In-
quorum numero quoq; fuit Vir Clarissimus, Pra-
stantissimus & humanissimus M. JOANNES
POSSELIUS, Græcæ Lingua Professor exi-

mius, Collega & amicus noster non vulgaris, qui,
etsi adhuc permultos annos nobiscum in hac Acade-
mia vivere & labores vocationis suae sustinere ac
praestare potuisset, tamen, quia senserit, miserrimi
hujus seculi molestias & laborum molem indies cre-
scere ac augeri, non optavit diutius sibi vitam pro-
rogatum iri, sed cotidie sibi mortis horam imminere
sedulo ac pie cogitavit, atque totius cursus vitae suae
dispositionem ita instituit, ut sibi singulis hora mo-
mentis hinc ex hac in caelestem Academiam mi-
grandum esse certo crederet. In lucem autem edi-
tus est praedictus M. JOANNES POSSELIUS,
Anno Christi 1565, die 16. Junij paulo post horam
12. meridianam ex pijs & honestis parentibus: Pa-
tre Viro Clarissimo, Excellentiss: & Praestantiss:
M. JOANNE POSSELIO Parchimensi, p.
m. Graecae linguae in hac Academia Professore quon-
dam celeberrimo, dignissimo & vigilantissimo, qui
primus, postquam barbarie quadam prioris seculi
optimarum linguarum & artium doctrinae obdu-
cta, involuta & abscondita jacerent, Graecae linguae
cognitionem quasi ex cimmerijs tenebris in lucem
produxit, eamque indefesso studio ac continuis lucu-
brationibus in hac Academia studiosè evolvere,
manifestioremque reddere, & dum in vivis erat,
multorum praestantissimorum ingenia tam viva
voce



voce quàm scriptis illustrare nunquam destitit.
Matre verò **A N N A** Oldenborgs ex perve-
tusta & venusta Oldenburgiorum in hac urbe Ro-
stochiensis prosapia, cum qua optimo præcipuarum
virtutum matronalium decore conspicua matrona
ipsa quoq; familia extincta est. Ab his optimis
parentibus hic piè defunctus **M. JOANNES**
POSSELIUS à primis incunabulis ad pieta-
tem & ceteras virtutes sedulò est educatus, & in
patria schola ijs literis, quibus puerilis ætas solet, re-
ctè informatus, donec ad maturiorem ætatem per-
venerit, qua se Græcæ linguæ præcipuè & Medici-
næ studio, cum in patria tum Helmstadiensi alijsq;
Germaniæ Academijs mancipatum esse voluit. U-
bi verò nobilissima Germaniæ loca & in iisdem
ætiologia viderit, in patriam reversus est, & anno
Christi 1587. tertio Idus Octobris titulo Magisterij
à Clarissimo & Præstantissimo viro **NICOLAO**
GONIAEO, Hebrææ Linguæ Professore in hoc
patrio Lyceo insignitus est. Cumq; latinam &
græcam linguam calleret, atq; ad juventutem re-
ctè instituendam idoneus videretur, ab Amplissimo
istius loci Senatu ad Rectoratum Flensburgensem,
anno 1590. vocatus est, quod officium non ultra an-
ni spatium & amplius administrare potuit, quod
interca temporis parens ejus **M. JOHANNES**
POS-


P O S S E L I U S demortuus esset, & Græcæ
linguæ professio vacaret, & ab Amplissimo &
prudentissimo hujus Urbis Senatu in pie defuncti pa-
rentis locum vocaretur. Quam provinciam An-
no Christi 1592. in festo Joannis Baptista suscepit,
atq; quamdiu eam sustinuit, fideliter, pro ijs donis
quæ ipsi collata fuerunt, administravit, in qua
Professione novies Decanatum & semel Rectora-
tum Academiae gessit, Anno verò Christi 1594.
die Septembris 10. in matrimonium duxit virgi-
nem honestissimam & pudicissimam nunc vi-
duam mœstissimam Isabem Wedegen / Domini
J O A C H I M I Wedegen / p. m. Se-
natoris quondam hujus Urbis prudentissimi filiam,
cum qua in suavi & tranquillo conjugio ferè totos
29. annos vixit, atq; ex ea septem filios M. JO-
ANNEM, JOACHIMUM, HEN-
RICUM, duos GEORGIOS & totidem
MARTINOS, quorum quatuor adhuc su-
perstites, tres verò ante parentem in cœlestem scho-
lam præmissi sunt, suscepit. Et quia in florida
etate antea munus scholasticum in Holstia Flens-
burgi sustinisset, magna dexteritate & patriæ
scholæ regimen administrare posse videretur, ab
Amplissimo & prudentissimo hujus Urbis Senatu
ad

ad Rectoratum scholæ Senatoria electus est, cuius
curam & gubernationem per integrum decennium
una cum Professione Græcæ linguæ in se recepit,
& quoniam utriusq; muneris onera sibi dura
& ferè intolerabilia, propter scorbutum, quo cum
sapius conflictaretur, fore sentiret, senatoria scho-
læ molem deposuit, & Professioni Græcæ Linguæ
incubuit, ex cuius sedula & continua explicatio-
ne multi præstantissimi viri Iuvenes illius peritiam
& dexteritatem in docendo cognoverunt, & fru-
ctus dulces & jucundos linguæ Græcæ perceperunt.
Cum autem superiori mense corporis inbecillitates
sentire cepisset graviores, tandem finem hujus
molestæ vitæ sibi imminere intellexit, & omnes
suas cogitationes eò direxit, ut se in *εὐφροῖα* ad pla-
cidam *εὐδαιμονίαν* componeret, atq; ita in **DEI** vo-
luntate acquiescens cœlestis viatici particeps fa-
ctus, ratione adhuc integra & intellecta sibi con-
stante inter pios hymnos & devotas ad **DEUM**
effusas preces animam suam in manus Redempto-
ris sui commendavit, & præterito die 19. hujus
mensis circa horam 7. vespertinam ex hac in cœ-
lestem Academiam piè transmigravit. Hujus
itaq; exuvie hodiè hora media prima in templo **D.**
Jacobo sacro terra mandabuntur, omnium igitur
ordi-


ordinum Academia membra amicè invitamus &
rogamus ut in eade Jacobæa convenire, & optimi
viri, Collegæ nostri, dum viveret charissimi, fu-
nus sua præsentia comitari dignentur. Quod of-
ficium uti est charitatis Christianæ indicium, ita
& toti Academiae & imprimis Facultati Philo-
sophicæ honorificum, ac ipsi viduæ mæstissimæ &
piè defuncti toti posteritati gratissimum. P. P.
Rostochij die 22. Junij, Anno 1623.











the scale towards document



Quidem diversæ passim Philosophiæ
circumferuntur descriptiones, quas
singulas, & recensere, longum; & ad
rationis, in præsentiarum, libellam re-
vocare, tædiosum foret. Antiquissi-
mam ego primâ facio: tanquã à Philo-
sophorû, quos habemus, Primate la-
tã, omniumque, rectè philosophanti-
um, calculó, hactenus approbatã Pla-
tonis ea est, digna profectò Authore,
abus tantum voculis, **MEDITATIONE**, puta,
lvatur. Censebat Divinus ille Vir, tantò nos eva-
es, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne-
ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philoso-
pho, circa mortis meditationem reperiamus. Mor-
talis, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque
vitæ, quales esse in morte desideramus. Ea, animum
quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini
m notam inurere possunt. Ea est, quæ do-
m, timorem pellit, tranquillitatem inducit;
s casuum animum varietates firmat, adversus
reddit, quando omnia ab eodem impedi-
tantò paratior sit, sicubi res exiget, statim
quando est faciendum, statim exire, quo ali-
ndum, tabernaculo suo. Quæ enim ista mor-
tis, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm
terris animal, præter hominem, cognitione.
DE